1528 circa 17 Martij

Andreas Cricius Episcopus Plocensis Petro Tomicio Episcopo Cracoviensi et Regni Poloniae Vicecancellario.

55

Reverendissime mi Domine. Mitto haec egre et tumultuarie scripta, quae in praesens magis necessaria videntur reliqua ex solbcz mittam, et quae deinceps commiserit exequar sedulo ut debeo. Dominus Broderincus vult hinc recta post expeditionem suam ad me proficisci; cum ut sartius vacuum posset Dominus capitaneus commodius et honestius in Plochum deducere, illic vero in Puttosko per officiales meos facillime conducetur, dignetur itaque Reverendissima Dominatio Vestra, Domino Capitaneo Plocensi de hac re verbum aliquod facere me reverendissimae Dominationi Vestrae humiliter commendo. etc.